

plura sibi mala contulit . Tandē pace facta . Anthioch<sup>us</sup>  
us filiam philadelphi beronicā duxit vxorem & vxorē  
ante habebat laodicem vocatam . sed eam pacis amore  
repudiavit . Tempis ergo in processu . laodicē vxorem  
primam sibi recōciliauit . que considerās iniuriam a be  
ronica īceptam . virum suū antiochum occidit veneno .  
insuper & filium quem susceperat de beronica : huius  
autem sceleris minister fuit teneus sui viri familiaris  
domesticus : qđ beronica patient non ferēs . Vltionem  
quam hic tangit Valerius fecit . Dicit ergo beronica  
bene clare vltionis fuit . que laodicis regine infidiis &  
dolo sibi filium interemptum & mortuū . modo qđ dixi  
mus gūiter ferens : currum iūgi fecit : in quem armata  
conscendit : & persecuta satellitē regium opis crudelis  
ministrum nomine teneum : quē hasta id est lancea ne  
id est nec quicq̄ quo posset offendere peciera . ictum  
id est percussam saxo prostravit : ac sup̄ eius corp⁹ per  
cussum . actis & ductis equis inter infesta agmina con  
trarie partis . ad domum in qua pueri interfecti corp⁹  
occultari arbitrabatur perrexit . Per hec verba videt̄  
qđ veneno puer non fuerit mortu⁹ . quia de ip̄o nullam  
facit mentionē . sed hieronimus & magister hoc ponūt  
ex verbis tamen hieronimi habetur : qđ etiam beronica  
fuit occisa .

Iasonem Tessalum &c Magister ludi ginnasii  
percussus fuit . Ginnasium enim est locus in quo ludi  
palestre exercebātur . Hic magister ab hominibus gy  
masii percussus fuit : qui ad regem proclamās . Hanc  
sententiam dedit . vt vel a quolibet illorū qui eum per  
cusserūt . xxx . dragmas acciperet : v̄l . cuilibet decē pla  
gas īferret . qđ preelegit iuuenes verberare : & sup̄ ip̄is  
decem plagas imponere qui iuuenes animo cōtra regē  
irati . ipsum regem (qui hoc concessit) interfecerunt  
& hanc vltionem tāgit Valerius dicens . Iasonem tessa  
lum id est a tessalia . persarū regi bellum inferre parā  
tem : an iusta vltio absumpserit & interfecit ambigue